



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

ducatum Bauariae peruererit, miro silentio transeunt annales: Sed est coniectura, quod moriente Henrico II. Imperatore sine prole, illius fauore peruererit ad ducatum: Sed magis arbitror, idq; coniectura proprius defendo, fuisse natum ex Henrico Magni Ottonis fratre, duce Bauariae, vnde per alium filium descendat Henricus quoquè Imperator sine prole decedens: & in hoc Ottone propagatam accipio lineam Ottonū ad Henricum Leonem, interueniente fœmina. Nam Leonis mater, filia Lotharij Imperatoris, matrem habuit Rixam ex matre Gertrude, filia Egberti marchionis Saxonie natam; & patre Henrico Crasso, qui patrem habuit Ottонem memoratum. Nunc verò accusius apud Henricum IIII. cùm recusaret purgationem ex duello propter imparitatem prouocantis, qui genere & nobilitate nimium illi esset impar, creditum est, Albertum archiepiscopum Hamburgensem plurimum ad eius destitutionem cooperatum: ut frater eiusdem Alberti & welpus, comes in Bauaria, recuperaret ducatum. Erant autem filij Cuntzonis, quem Latini Conradum appellamus. Pulsus autem Otto Bauaria, concessit in Saxoniam, & ditionem tenuit ad & weserā, olim Visurgum, cum comitatu de Northem: & ex illo multa nobilitas processit: quod suo tempore ostendimus. Hic est ille Otto, qui omnem Saxoniam secum traxit ad rebellionem aduersus IIII. Henricum,

## CAPVT IIII.

**O**peræ premium est intueri, qui tum fuerint principes Saxoniae. Certè inferiorem Saxoniam ad Albinum administravit Ordulphus Bernhardi filius: qui iam filium habuit in armis pugnantem Magnum: deinde Egbertus Egberti filius marchio Saxoniae medi-

T

tullia



tullia tenebat prouincia iuxta Brunswicum. Otto de  
Bauaria ad Visurgum dominabatur. Aderant quoque  
inter primos principes, archiepiscopus Magdeburgensis,  
& Halberstadenensis episcopus, non minùs tum etiam  
armis quām principes seculares versati. Sed tum Otto  
de Bauaria cunctis erat clarior: cuius tanta fuit ap-  
ommes authoritas, ut si quid regi humanitùs contig-  
set, aut si principum in illum coniuratio procederet,  
regni fastigium peruenturus videreetur. Id metuens  
rex, libenter audiuit, quendam Egmonem medium  
nobilitate virum, fortuna tenuem, qui Ottонem di-  
cem apud regem insimulasset, quid de nece secun-  
gis tractauisset. Otto pernegans, hominem de mendaci-  
o & regis assentatione coarguebat: Ille verò mon-  
machiam duci obtulit: seipsum regi vadem confir-  
ens, ut eo duello purgaretur crimen victoris. Otto  
parem, vt diximus, hominem non respicit, quid da-  
cum latrone, primarius cum sicario congrederetur, dis-  
xit iniquum. Et ubi detrectauit pugnare, iam qua-  
conuictus de laſa maiestate ducatu deſtituitur: qua-  
rex & welpo illustri viro, Alberti archiepiscopi, qui  
diximus, germano donauit. Inde incendia, neces-  
prædationes, & infinita mala prouenerunt. Rex Ot-  
tonem usquequaquè persequutus, quām plures eius na-  
tiones deſtruit, prædia vastat, & vt verum repul-  
lē hostem omnino delere constituit. Ille militibus ele-  
ctis instructus, ipse quoquè manu fortissimus, & animi  
nimis efferatus, ut potè qui de omnibus fortunis & ex-  
iftimatione dimicaret, quia iusta acie decernere ad-  
uersus regem non poterat, nunc præda, nunc flamma  
nunc etiam ferro, quacunque ſe fors obtulit, suas ini-  
rias vlcisci satagebat. Ipso denique mediante, no-

cessat g  
nem adu  
firmare.  
dem Apa  
omni re  
primo S  
Adalber  
leſem,  
episcopu  
Papam e  
dam qui  
niensem  
unt: qu  
& in ali

A  
l  
fices, Re  
ligenda  
dri Pap  
facienda  
nullis n  
Rome r  
dia mul  
rimas h  
quæ rex  
tere: &  
um illuc  
̄ciunt:  
quod ibi  
runt: &  
ly regis

cessat gens Saxonum, ut est acris animo, coniuratiō-  
nem aduersus regem vnanimi cōspiratione inire atque  
firmare, accusationes blasphemiasq; inauditās ad se-  
dem Apostolicam de illo inferre: sociosque belli sibi ex  
omni regno Teutonico nuncijs & literis adsciscere. Nā  
prīmō Sigefridum Moguntinæ sedis metropolitanum,  
Adalbertum Wormatiensem, Adalberonem Herbipo-  
lensem, episcopos, Gebehardum Salzburgensem archi-  
episcopum, aliósque quāplures præsules, & per ipsos  
Papam etiam Alexandrum sibi fautores efficiunt. Qui-  
dam quoquè Amonem summe sanctitatis virum Colo-  
niensem archiepiscopum, coniurationis consciūm faci-  
unt: quorum cōspiratione rex territus, Saxonia cessit,  
& in alijs regni partibus rebus instituit agendis.

## CAP V T . V.

**A**nnus erat post mille LXXII. cūm Anno Co-  
loniensis & Hermannus Bambergensis ponti-  
fices, Romam misi sunt, pecunia indē regi debitæ col-  
ligenda gratia: qui legatione peracta, literas Alexan-  
tri Pape detulerunt, regēisque vocarunt ad satis-  
faciendum de Simoniaca hæresi, ceterisque non-  
nullis magna emendatione purgandis, super quibus  
Rome rex erat delatus. Saxonē tum instant præsi-  
dia multa firmare, arces vocant, necdūm enim plu-  
rimas habebat Saxonia munitiōnes. Insupè castella,  
quæ rex dudū erexerat, funditus illi conantur euer-  
tere: & in plerisque proficiunt: inter quæ præcipu-  
um illud, quod Hertesburg dicitur, præsidium de-  
hiciunt: monasterium & claustrum Canonicorum,  
quod ibi erat, multa furentes audacia, funditus euer-  
tunt: & quod dictu nefas est, innocentis paruuli fi-  
lij regis, ibi tumulata ossa eruta spargunt. Interim